tate ubi roboratus est collegit, ubi in per
petuitate inueniat. uelut semper gau
deat uelut suscepta supplicia non
euadat. In libro beati iob scriptum
est. Inmutabis faciem eius. & emit
tis eum. facies hominis inmutatur
cum eius species morte atteritur.
Emittitur uero quia ab his que uolens
tenuit, transire ad aeternam cogitur
nolens; dumque ad illam perducitur
haec quae diu cogitata tenuit qualiter
sese habitura sint relicta nescit. sicut
hii qui adhuc uiuentes sunt mortu
orum animas quo loco habeantur
ignorant. Ita mortui uitam in carne
uiuentium post eos qualiter disponan
tur nesciunt; quia & uita spiritus longe
est a uita carnis. & sicut corpora at
que incorporea a diuersa sunt gene
re. Ita & iam distincta sunt cognitio
ne. Quod tamen de animabus sanctis
sentiendum non est. quia quae in
tus omnipotentis dei claritatem ui
dent nullo modo credendum est quia
sit foris aliquid quod ignorent.
Omnipotens dominus ideo latere nos uolu
it finem nostrum ut dum incerti su
mus quando moriamur semper

ad mortem parati inueniri debeamus
Cur igitur quasi de certo extollitur
cuius uita sub pena incertitudinis
tenetur. Paulus egregius praedicator
ait. Qui sumus in hoc habitaculo in
gemescimus grauati eo quod nolumus
expoliari sed superuestiri. ut absorbea
tur quod mortale est a uita; ecce &
mori desiderat & tamen carne expoli
ari formidat. Cur hoc quia & si uic
toria in perpetuum laetificat. ipse nihilo
minus ad praesens mortis pena perturbat,
& quamuis uincat amor subsequentis
muneris, tangit tamen non sine me
rore animum pulsus doloris. sicut
enim uir fortis qui cum uicino iam
belli certamine armis accingitur.
palpitat & festinat tremet & seuit.
quasi pauere per pauorem cernitur sed
per iram uehementer urguetur. Ita uir
sanctus cum passione mortis propinquare
se conspicit a naturae suae infirmitate
concutitur. & spei suae soliditate ro
boratur. De uicina quidem morte tre
pidat & tamen quod moriendo uerius
uiuat exultat, unusquisque sanctus ad
regnum non potest nisi interposita morte tran
sire. & idcirco confitendo quasi ambig&

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0253